UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectiones per hebdom[adam].

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

In ſecūdis veſpis ſuper pſal-
Dixit domin⁹. aň. O per om
nia laudabilem Super mag.
aň. O beatum pontificem.
Nulla ſuffragia dicūtur. Ce
tera ſicut in die. Euangeliuz
dñicale transfertur cum officiō
dñicali in diem feriatam vbi
competenter ſeruari poterit.

Lectiones per hebdom.

Idem quoqꝫ ſanctus vir
martinus diuino ammonitus
oraculo parentes ſuos ad ſa-
cre fidei conuertit profeſſionē
⁊ matrem que ſe mundo genu
it ipſe generauit chriſto. Hoc
qꝫ itinere latronum perpeſſus
inſidias duz vni traditur ad
cuſtodiendum euangelica pre
dicatione latronem conuertit
ad chriſtuz. ⁊ cui traditus fu-
it ad penam factus eſt ei in ſa
lutem. Inde egreſſus obuiaz
habuit malignum ſpiritū qui
ſancto viro quocunqꝫ pergeret
comitem ſe eſſe ſpopōdit. Cui
intrepidus reſpondit. Domi-
nus mihi adiutor eſt. non ti-
mebo minas tuas. Sed mul
tas arrianorum tribulatōnes
ſuſtinens iterum in gallias re
pedauit ſanctoqꝫ patri hyla-
rio pictauenſi iunctus ꝓpe ci-
uitatem ſibi cellulam conſtru
xit in qua liberius contempla
tiuos carperet fructus. Cui
quidam cathecuminus adhe
rens ſubita ſancto abſente vi-
ro morte ꝑreptus eſt. Quez
vir dei precibus profuſis reſu
ſcitauit, redditum tamen vite
baptiſauit qui multis poſtea
vixit annis. Alterum quo-
qꝫ in cuiuſdam lupicini agro
laqueo ſuſpenſum ſacris orati
onibus vite reſtituit. Tertius
ab eodem ſancto viro in car-
noteno oppido cuiuſdam mu
lieris filius flentis ſola orōne
in conſpectu populi ſuſcita-
tus eſt. quo miraculo viſo plu
rimi ex populo crediderūt xp̄o
Succedente tempe in eodem
oppido mutaz ab infantia pu
ellam benedicti olei vnctione
ſanauit. Sed ne lucerna dñi
modio tecta lateret, dulciſſi-
mis abſtractus eſt ſedib⁹ mul
torumqꝫ precibus alligat⁹ ele
ctus ē in epūm thuronice ciui
tatis vbi plīma ſcōrū inſignia
geſſit virtutū; ⁊ multa celeſtis
vite dogmata ſparſit. Tā̄ puа
te vite cōtinētiā in turb popu
loꝝ nō amiſit. Humil' in habi
tu: iocūdus in ſermōe. deuot⁹
in p̄dicatōe. verax i iudicō. ve
nerabilis i morib⁹. Peruigil
in orōib⁹. aſſiduus in lectōne.
conſtans in vultu: pius in af
fatu. honorabilis in miniſte-
rio ſacerdotali. infatigabilis
verbi dei ſeminator impiger
acceptam domini ſui pecuniā
multiplicare. Cū gaudētib⁹
gaudēs. cū lugētib⁹ lugēs om

bus om̄ia factus vt om̄es lu-
crificaret christo virtutibus
insignis bonitate laudabilis
pietate amabilis multis ī epi
ſcopatu fulgens virtutibꝰ. nā
turbam paganorum ritu tu-
multuantem in obſequio cu-
iuſdam corporis verbo oratio
nis vno ligauit in loco. iterū-
qꝫ reuoluens ſuis permiſit do
minari veſtigijs. Ruentē
pinum ſuper ſigno crucis op-
poſito auertit mirātemqꝫ tur
bam christo credere fecit. Se
ipſum in tecto cuiuſdam do-
mus flammis oppoſuit. ne in-
nocua lederet ignis qui fanū
incendit idolatrie. Aliud q̊
templū antiquo errore demo
nibus dedicatum dū manu
non potuit humana angelico
fultus auxilio ſubuertit. Nec
non alio in loco gentilium ſa
cra ſubuertens a quodam pa
gano gladio appetitus nudū
ferientis ictui collum oppoſu
it. Sed impius retro cadēs ſu
am intelligēs ipietatē veniam
poſtulauit a ſctō. Alteroqꝫ li
brante ictum in ſanctū caput
ferrum fugit de manibꝰ. Tre
ueris paralyticam puellā to
tiſqꝫ reſolutis membris ſacra
benedicti olei infuſione aſtan
te populo preſtante reddidit
ſanitati. Tetradij procōſu
laris viri ſeruū manuū impo
ſitione a demonio liberauit.

Unde et ille tetradius cum to
ta domo ſua ad christianā cō
uerſus eſt religionem. Cu-
iuſdam quoqꝫ patriſfamilias
puero a demōio arrepto digi
tos in os mittens ſpm̄ malig
num per pudenda patientis
exire compulit. Leproſum in
porta pariſiace ciuitatis a de
formitate ſui corpis ſolo ſana
uit oſculo. Sed et fimbriam
veſtimenti eius vel fila cilitij
multos ſanare morbos comp
tum eſt. Filia arborij prefe
cti ꝑ impoſitionem epiſtole ſā
cti Martini a grauiſſimis li
berata ē febribꝰ. Paulini ocu
lū pāniculo ſuperpoſito ſana
uit a dolore atqꝫ caligīe. Idē
quoqꝫ ſanctꝰ martinus cadēs
per gradus grauiter pene totꝫ
attritis membris nocte ab an
gelo ad integram recreatus ē
ſanitatem. Sepiuſqꝫ angelicꝫ
viſitationibꝰ et familiari locu
tione fruebatur. Quadam
vero die beatiſſime genitricis
dei et domini noſtri ieſu chri
ſti et ſanctorum apoſtolo-
rum petri et pauli necnon ſan
ctarum virginum tecle ⁊ agne
tis viſitatione vir dei honora
tus et confortatus eſt. Nā
demonum fantaſmata ⁊ in di
uerſis figuris horribiles aſpe
ctus nihil metuens. nec vllis
eorum fallacijs illudi potuit.
Spū ſcō prophetie ita claruit

vt multis multa predicerent fu
tura veluti martino i italia vi
ctoriam: ⁊ in aquileia interitū
predixerat. Tu autem domie
Bricij confeſſoris. xiij. nouē⸗
bris. In primis veſpis pſal⸗
mi feriales cum ſuis anti. Ca
pitulū Non eſt inuentus. Ce
tera de cōmuni confeſ. Colla
Preſta qſ̄s omp̄s deus. vt
ſicut beatus brictius tibi pla
cito fulſit ſorte pontificatus:
ita pietatꝫ tue nos pia ſuppli⸗
catione commendet. Per do.
Poſt primū bened. an. San
ctus martinus. ℣. et col. de ſā
cto martino. Completoriū et
prime de ſcō martino. Ad ma
tutinas oīa de cōmuni cōf.
SAnctus brictius Le. I.
ſanctiſſimi martini diſci
pulus preſbyterij honore p̄di
tus ſepius beatū martinū cō⸗
uitijs laceſciuit. adepto ꝗ con
ſentientibus ciuibus pontifi⸗
catus officio oratiōi vacabat.
qr̄ q̄q̄ eſſet ſupbꝰ ⁊ vanus ca
ſtus tamen habebatur in cor
pore. Tu autē dn̄e. Lcō ſcda.
Triceſimo ordinationis ſue
anno oritur cōtra eū lamenta
bile crimen. Nam mulier ad
quam cubicularij eius veſtim̄
ta deferebant ad abluendum
que ſub ſpecie religionis erat
veſte mutata concepit ⁊ pepit
Tu autē domine. Lcō tertia
Qua de re ſurrexit oīs po⸗
pulus turonorum in ira: ⁊ to⸗
tum crimen ſup epūm referūt
volentes eum vnanimit lapi⸗
dare. Aiebāt eñ. Diu pietas
ſancti tuam celauit luxuriam
nec nos deus diutiꝰ ſinet ma
nus tuas indignas oſculādo
pollui. Tu aūt. Lectō quarta
Illo quoqꝫ econtrario viriliter
hec negante: afferte inquit in⸗
fantem ad me Cumqꝫ oblatꝰ
fuiſſet infans trigita dies ab
ortu habens ait ad eum bri⸗
ctius epiſcopus. Adiuro te p
ieſum chriſtum filiū dei omi⸗
potentis: vt ſi ego te generaui
corā cunctis edicas. Tu aut.
Et ille infans dixit Lectō. v.
ſancto brictio epiſcopo. Non
es tu inquit pater meus. Po⸗
pulis autē rogantibus vt q̄s
eſſet pater interrogaret ait ſā
ctus brictius epiſcopus. Nō
hoc eſt meum. Quod ad me
pertinuit ſollicitus fui. vobis
ſi aliquid ſuppetit per vos re⸗
ſcite. Tu autē dn̄e. Lectō. vi.
Tunc illi magicis hec arti⸗
bus aſcribentes contra euꝫ in
ſurgunt: trahunt: calumniant
eijciunt: vt ſmo ſci martini ad
impleret. Nouerꝫ te in epiſco⸗
patu multa aduerſa paſſurū.
Brictius ꝑo romane vrb pa
pam expetijt flens eiulans at⸗
qꝫ dicens Merito hec patior
qm̄ peccaui in ſanctū dī. Exi⸗
lij ꝑo ſui ſeptimo expleto āno:
B

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN